



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Lvpvs Episcop. 29. Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

ipse in exilium est pulsus. Rediit tamen postliminiō in regnum. Verūm, quod secum reducere etiam justitiam laboraret, concitatavit in se Danorum anima. Contra hos dum movet, videt in somnis scalam ad cœlos pertingentem, dumque illuc constitutus, ecce à legato expergefactus conqueritur nimirum cœlo se detractum. Sed eodem mox subiit, cùm proditus à suis in pugnâ cecidit. Nostri tamen ævi principibus scalam, hoc est, vitæ exemplum reliquit. Ex vit. Aquil.

Dum vocat & licet, virtutes amplectere: in oculis tuis versetur pudor, in auribus veritas, verba vita in lingua tua, imago Dei in corde tuo, in membris omnibus continentia, ut ab Angelis & hominibus callauderis. S. Ephrem de Exercitatione.

## S. L V P V S E P I S C O P . 29. Iulij.

**L**VPM dixi. Tu, si vitam leges, ovem, scio, dices, ita placidis moribus hic Lvpvs erat. In conjugio annos egit septem omnino. Dehinc inter Cœnobitas cœpit vivere, & conjux in virginum collegio, gratissimo Superis divortio. Verūm Trecentes ex cœnobio extraxerunt, & quamvis invictu Lvpum pastorem sibi legerunt, felicissimo eventu. Alter enim lupus sed longè crudelissimus gregi imminebat Artila, ille orbis prædo ebrius semper, sed nunquam satur humano sanguine. Et ja infesta signa urbi inferebat, cùm obvius irato cum suis sit Pontifex, rogatq; quem deniq; sese esse putaret Rex, qui mundum sic omnē fulminis instar pervaderet? Artila nihil humile spirans, flagellum Dei se esse respondebat. Hic enimvero Antistes portas pandi omnes civitatis jubet & modestissimis verbis avere multum jubet Dei flagellum. Quid expectas verba hęc fero.

29.Iulij  
postlimi-  
ere etiam  
orum at-  
annis sca-  
ue conni-  
eriturni-  
ox subi-  
tri tame-  
aplumis

in oculis  
erba viti-  
membru-  
ominiibus

Iulij.  
scio, di-  
rat. In  
ainc inter  
virginum  
um Tre-  
is invitū  
eventu,  
regi im-  
iper, sed  
sta signa  
t Ponti-  
Rex, qui  
et? Artila  
respon-  
i omnes  
e mul-  
erba hec  
fero-

30.Iulij VITÆ S A N C T O R V M 371  
ferocissimum & ultima minitantem animum de-  
mulserunt, & LVPVS tyrannum cicuravit. Cæte-  
rū huic verborum modestiæ victus quoque ra-  
tio & vestitus responderunt. Et cibum quidem  
tertio primū die sumpsit, Sabbato cibario pane  
contentus. Vestem quoque unicam gestavit, sed  
subdicitia alterā ( cilicio ) superbam. Ex Surio &  
Nauclero.

*Ad Deum tuum refer flagellum tuum: quia nec  
Diabolus tibi aliquid faciet, nisi ille permittat,  
qui desuper habet potestatem, aut ad poenam: aut ad  
disciplinam. Ad poenam impis, ad disciplinam filiis.  
Flagellat enim omnem filium quem recipit. S.  
Aug. in Ps. 3 1.*

SS. ABDON & SENNEN MM.

30.Iulij.

**C**onsebantur ABDON & SENNEN inter primos  
Persicæ purpuratos. Et vero nisi cunæ in pa-  
triâ, mors Romæ purpuram donasset. Nam quod  
Christiano principe non indignum officium arbi-  
trarentur, Martyrum esse vespillones, suisque ma-  
nibus terræ mandare horum corpora gauderent,  
victos Decius Romam adduxit. Ibi ad tyranni  
tribunal steterunt auro gemmisque splendidi rei;  
sed extinguebant harum lucem catenæ ferreæ,  
quas nimium quantum gloriose jaetabant. Itaque  
cum munera ingentia promitteret tyrannus, si ad  
Deos transirent, risere scilicet, & ad omnia tor-  
menta provocarunt. Plumbatis igitur tentati, con-  
tra ferreos se præbuerunt. Inde in theatro feris ob-  
iecti; sed plausum meruere & vieta Martyribus  
colla leones submiseré, feræque cicure s hominem  
contra feros homines visæ defendere. Reperti  
interim qui necem inferrent gladiatores, Sed &

Mat.